

- 35 Quod nimis audacter, audacter et absque pudore
 Iura poetarum quilibet aggreditur.
 Quivis nempe rudis, expers cuiuslibet artis,
 Si potuit metro iungere verba duo,
 Protinus usurpat nomen vultumque poetae,
 40 Se iam Nasonem Virgiliumque putat.
 Est, mihi crede, pudor, pudor est, quia dedecus ingens,
 Quod penetrat castra vulgus inerme mea;
 Et doleo, dum sic video me ludificari,
 Omnibus et rudibus nomina tanta dari.
 Quod Plato, caelestis naturae conscius auctor,

.

II. Versus de despectu sapientis.

Ingenium quondam fuerat pretiosior auro,
 Sed modo barbaries grandis, habere nihil.
 Ipse licet venias Musis comitatus, Homere¹,
 Si nihil adtuleris, ibis, Homere, foras.

37 Hs. 'cuilibet'. Fol. 73^v col. I. 1 Hs. 'peiosior'. 2. 4 Hs.
 'nichil'. 3 Hs. 'uenas'

1) Die beiden letzten Verse aus Ovid, Art. am. II, 278 f.